ximũ ꝓferim⁹: xp̃z morti addicimus quantũ ĩ nobis est. Unde ꝙ detestabile sit istõ crimẽ Isið. in li. de sũmo bono sic dicit: Testis falsidic⁹ tribus personis ẽ obnoxius. Primo deo quẽ ꝯperiurãdo ꝯtẽnit. Consequẽter iudici: quẽ mẽtiendo fallit. Postremo innocẽti: quẽ falso testimonio ledit. Secundũ est ꝙ nos discam⁹ falsas ĩcriminationes si nobis inferant amore dei patient sustinere: sicut xp̃s ꝓ nobis ad omẽs fl'as ĩcriminatiões simpl'r tacuit. Et ipse discipl'os suos facturos h̊ ip̃m docuerat dicens. Mat. v: Beati eritis cũ maledixerint vob̃ homines ⁊ ꝑsecuti vos fuerint et dixerit omne malũ aduersũ vos mẽtientes ꝓpter me ⁊c̃. Tertiũ ẽ vt nos fallacias studeam⁹ ꝙ̃tũ cũ deo possumus declinare. Ad hoc ei dñs nr̃ sustinuit testes falsos vt nos ab eis eriperet: sicut ⁊ mortẽ sustinuit vt nos a morte liberaret.

**Conformatio.** Ad cõformandũ se isti articl'o gratias homo referat xp̃o ꝙ falsos testes contra se admisit: vt nos veritate fulciret. Vel aliter ⁊c̃.

Theorema.

**Jesu qui blasphemie crimen tibi false imponi pertulisti custodi me ne vnꝙ̃ nomẽ tuum per me verbo vel facto blasphemet: nec maledictũ aut blasphemia per os meũ contra aliquez proferat. Decimusquart⁹ articulus.**

q

**Quartusdecimus** articulus est blasphemie falsa impositio. Videns eniz p̃nceps sacerdotum ꝙ testimonia producta ꝯtra Jesum nõ sufficiebant ad eius damnationez. Perturbat⁹ q̃ nõ ĩueniebat calũnie locum: surgẽs in medio dixit ad iesũ: Nõ respõdes quicꝙ̃ ad ea que obijciunt tibi ab his? Ipse autem tacebat. Et rursus princeps sacerdotũ ait illi: Adiuro te per deum viuuz: vt dicas nobis si tu es christus filius dei bñdicti. Ait illi Jesus: Tu dixisti. Quia ego sum. Verũtamẽ dico: vob̃ videbitis filiũ homis. s. in die iudicij:



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-240/0067
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG